



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

**Parisiis, 1644**

VII. De eleemosynis & rectitudinibus ecclesiae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15625**

cimam acram: & omnis consuetudo reddatur super amicitiam Dei ad matrem ecclesiam cui adiacet, & nemo auferat Deo quod ad Deum pertinet, & prædecessores nostri concesserunt.

## V.

Et prohibemus ne quis extra patriam vendatur: si quis hoc præsumat, sit præter benedictionem Dei & omnium sanctorum, & præter omnem Christianitatem, nisi poeniteat & emendet, sicut episcopus suus edocebit.

## VI.

Et prohibemus omnem roboriam omni homini. Et sit omnis homo iure publico dignus, pauper, & diues, & reddatur omnis roboria: si quis aliquam fecerit, emendet sicut prius & postea fecit. Et si quis præpositus eam fecerit, dupliciter emendet quod alii iudicaretur.

## VII.

Et reddatur pecunia eleemosynæ hic ad festum sancti Michaelis, si alicubi retro sit per plenam vvitam; & omnibus annis deinceps reddantur Dei rectitudines in omnibus rebus quæ supra dictæ sunt, per amicitiam Dei & sanctorum omnium, ut Deus omnipotens misericordiam nobis faciat, & de hostibus triumphum nobis & pacem indulgeat, quæ sedulo deprecentur ut misericordiam eius consequamur hic, & in futuro requiem sine fine. Amen.

*De officio iudicis.*

Omnis index iustus misericordiam & iudicium liberet in omnibus, ut in primis per rectam scientiam dicat emendationem secundum culpam, & eam tum admensuret propter indulgentiam. Quædam culpæ reputantur a bonis iudicibus secundum rectum emendandæ: quædam per Dei misericordiam condonandæ: iudicia debent esse sine omni *Haderunga* quod non parcatur dimitti alicui, vel ego amico, vel inimico ius publicum rectori, & nihil iniustius est quam susceptio munerum pro iudicio subuertendo, quia munera excitant corda sapientum, & subuertunt verba iustorum. Dominus Iesus dixit: *In quo iudicio indicueritis iudicabimini.* Timeat omnis iudex ac diligit Iudicem suum, ne in die iudicii mutus fiat & humiliatus ante oculos Iudicis cuncta videntis. Qui innocentem opprimit,

&amp;

*Math. 7.*